



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

23. Quomodo Christvs excitatus ab Apostolis, sedarit tempestatem maris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

E VITA



DE CHRISTO  
AB APOSTOLIS EX-  
CITATO AD SEDAN-  
DAM TEMPESTA-  
TEM MARIS.

MEDITATIO XXIII.  
EVANGELIVM.

**A**CTVM est in vna die Matt. 8.  
rum & ascendente Iesu in Mar. 4.  
nauiculam, secuti sunt eum Luc. 8.  
discipuli eius, cum sero ef-  
set factum, & ait ad illos. Trans-  
fretemus contra, trans stagnum. Et  
nauigantibus illis obdormiuit. Ec-  
ce motus magnus factus est in ma-  
ri, & descendit procella magna &  
venti, & fluctus in nauim intrabant,  
ita vt nauicula operiretur flucti-  
bus, & periclitarentur. Et erat Iesus  
in puppi super cervical dormiens,  
& accesserunt ad eum discipuli eius  
& su-

orum & defie  
i. Sed sole ac  
aduersitatibus  
ms, Tribulatio  
ad se, & se ac  
apiens. Vexa  
ingruit cum ill  
icies eorum.  
entuum Do  
lta confitem  
l non permitt  
demonem sero  
, nec in malis  
Nam est ali  
vel non dicit  
malum suum  
rea docemur  
luctari demo  
videtur no  
re; nam  
DE

& suscitauerunt eum dicentes, Magister, non ad te pertinet, quia perimus? Domine Salua nos, perimus. Et dicit eis IESVS. Quid timidi estis, modicæ fidei? Vbi est fides vestra? Tunc ille surgens imperauit vento & mari, & dixit. Tace & obmutesce. Et cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna; Porro homines timore magno timentes dicebant ad alterutrum. Quis putas hic est, quia ventis & mari imperat, & obediunt ei.

## FIGVRA.

Ion. 1.

**I**ONAS in nauis dormiens tempestate agitata, excitatus à vectoribus, dum se permisisset in mare iactari, tempestatem sedauit.

## PROPHETIAE.

- Psal. 106. 1. **D**ixit & stetit spiritus procellæ.  
 Psal. 88. 2. Tu Domine naris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.  
 Psal. 43. 3. Exurge quare obdormis Domine, exurge, adiuua nos propter nomen tuum.  
 Psal. 106. 4. Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.

et statuit procellam eius in auram, et si-  
luram fluctus eius.

CONSIDERATIONES.

CONSIDERA, quomodo Do- *Pant. 1.*  
minus, postquam doctrina, & mi-  
raculis turbas instituisse, ac miraculis  
in fide diuinitatis confirmasset, instruc-  
re quoque voluerit suos discipulos, & i-  
deo vna cum illis conscendit nauicu-  
lam ad transmittendum mare Tiberia-  
dis, & instar defessi viatoris componit  
se ad dormiendum in pupi. Verè admi-  
ratione dignum fuit, eum qui sua diui-  
na virtute regit & sustentat orbem to-  
tū, ita se demisisse, & impotentē factū,  
vt opus habuerit nauicula ad transcun-  
dum breue & exiguū stagnū: sed illud  
multo mirabilius, eum in quem cadere  
non potest somnus, & qui æterna qua-  
dam vigilantia custodit populum suū,  
nunc in tanto dilectorū suorum disci-  
puloꝝ discrimine, ac si nulla eorum cu-  
ra tangeretur, tam altū obdormiscere.  
Sed profectō, O bone Iesu, hic tuus som- *Pal. 120.*  
nus non tam ex humane conditionis  
necessitate, quàm ex mera tua volunta-  
te videtur profectus: nam vt mūdo ve-  
ritatem carnis tuæ, quam causa nostra  
assumpseras, demonstrares, dignatus  
es te demittere etiam ad capiendi som-  
ni

VITA  
centes. Ma  
, quia peri  
os, perimus  
d timidi e  
est fides ve  
imperavit  
Tace & ob  
us, & facia  
Porro ho  
mentes di  
Quis putas  
ri imperat,  
  
ens tempe  
vectoribus,  
actari, tem  
  
E.  
cellæ.  
maris, motum  
mine, exurge,  
cum vibra-  
orum eduxit  
coi

ni necessitatem, vt omnia humanæ naturæ officia expleres. Dormiebat itaq; Saluator, sed corde vigilabat, dormiebat vt homo; sicut, vt homo per aquas nauicula deferebatur, sed & Deus vigilabat conturbans mare, & mandans ventis vt tempestatem excitarent. Quæ ratione enim ausum fuisset mare cum ventis tantam in Creatorem suum commouere tempestatē, si ille ipse, de quo scriptum est, quod *terminum posuerit mari, & educat ventos de thesauris suis*, non ita voluisset & imperasset.

*Iob. 38.*

*Prou. 8.*

2. Multæ & maximæ fuerunt causæ, ob quas Dominus hanc tempestatem permisit. Primo enim id fecit, ad probandam suorum discipulorum fidem & constantiam, deinde vt imbecillitate sua cognita, non nimium de se præsumerent, sed humilitatem conseruarent. Secundo, vt in alijs omnibus periculis & afflictionibus occurrentibus discerent perfugiendum ad Deum, qui solus potest auxilium præstare. Tertio, vt quo maius eorum fuisset periculum, maiorque metus, hoc postea, ab illis liberati, maiori afficerentur consolatione. Denique magna prouidentia Saluator id permisit in signum futurarum tribulationum & persecutio-

um,

humanæ na  
 miebat irag  
 bat, dormie  
 no per aquas  
 & Deus vige  
 & mandans  
 itarent. Qu  
 et mare cum  
 m suum cõ  
 ipse, de quo  
 n posuerit m  
 ris suis, non  
 erunt cause,  
 empestatem  
 eit, ad pro  
 rum fidem  
 mbecillita  
 de se pra  
 n conferua  
 nibus peri  
 currentibus  
 Deum, qui  
 are. Ter  
 et pericu  
 c postea, ab  
 entur con  
 providen  
 gnum su  
 erfecutio  
 num,

num, ab Ecclesia tolerandarum; simul  
 vsuos fideles doceret, quantã fiduciã  
 in ipsum habere debeant, scirentq; , vi  
 deri quidem Dominũ aliquando dor  
 mire, posseq; hanc nauiculã contrarijs  
 tentationum ventis, & diuersarũ per  
 secutionum furentibus vndis agitari,  
 sed tamẽ non posse succumbete & sub  
 mergi. O quãm iucundum erat, videre  
 Regem paradisi, qui sedet super Cheru  
 binos, & manibus portatur angelorũ,  
 filium Dei vnigenitum in sinu æterni  
 Patris requiescentẽ, dormiẽtem instar  
 pauperis viatoris, in scapha piscatoria,  
 super duro & vili cervicali: Vidisses hic  
 ex vna parte illũ magnũ Patriarcham  
 Jacob cum domo paterna deserta per  
 mundum peregrinaretur, dormientem  
 in terra, capite in durũ lapidem incum  
 bente; ex alia, verò vidisses aperiri cæl  
 los, & aliquot milia angelorum descen  
 dere & ascendere supra Dominũ ipso  
 rum. Hic etiam vidisses illum bonũ Pro  
 phetam Ionam, dum naus, qua vech  
 batur, terribili tempestate afflicta tur,  
 graui sumno sopitum, & postquam à  
 timidis vectoribus excitatus est, totam  
 tempestatem sedantem, sed longe ali  
 ter quã Christus. Ionas enim vti ex  
 inobedientia, illud iter faciebat, sic nec  
 R aqua

*Psal. 79.*  
*Psal. 90.*  
*M. 11. 4.*  
*Ioan. 1.*  
*Ion. 1.*

aquæ ante illi obedire voluerunt, quâ ipso in mare iactato, pœnam de inobedientia eius sumpsissent: at Filius Dei velut ex obedientia Patris in turbulento huius mundi mari nauigabat, sic etiâ ipsum mare, ipsiq; venti, solo verbo eius obsequentes, conquierunt, & discipuli eius omni discrimine sunt erepti. VERVM quid dico ego, O IESV bone Prophetam Ionam suæ inobedientie pœna sedasse tempestatem, cum opus fuerit, ad tranquillandam tempestatem mortalem, quæ totum submergeret mundum, & te in pœnâ inobedientie, non tuæ, sed nostræ, iactari in aquas amaras passionis, & à morte absorberi?

3. APOSTOLI animaduerso submersionis periculo, timore pleni excitârunt Christum vt eos adiuuaret. Videtur prima fronte hoc discipulorum factum, quod importunè excitârunt Christum, reprehensione dignum: si enim credebant posse se periculo ab eo iam vigili eripi, (nec enim post tanta conspecta miracula causam vllam habebant de eius potentia dubitandi) cogitare poterant se & ab eo dormiente, cum eiusdem esset potentie, eripi posse, & cum secum haberent Saluatorem

E VITA

uerunt, quā  
am de inobe  
at Filius De  
in turbulen  
gabat, sic eti  
olo verbo o  
unt, & disci  
sunt erepti  
IESV bono  
n obedientia  
n, cum opus  
empestatem  
ubmergebat  
obedientia  
tari in aqua  
orte ablo-

morem, de salute angi non debere. Sed  
recte fecerunt, idque ex speciali ipsius  
Christi inspiratione. Non grauatē fert  
Saluator noster, vt in periculis & ne-  
cessitatib⁹, à nobis excitetur, si ipse ob-  
dormiat; nec etiā egrē fert, si importuni  
& molesti simus in eo precibus excitā-  
do. Docuit enim in quadam parabola,  
si quis indigeat pane, posse eum etiam  
media nocte adire amicū, & importu-  
nitate sua vrgerē, donec è lectio surgat,  
& praebeat necessaria. Quis alius hic a-  
micus est, nisi tu IESV dulcis amator  
hominum. Vis quidem, & mandas, vt  
te in necessitatibus nostris à somno ex-  
citemus; at sponsam tuam, hoc est, tuo-  
rum electorum animas, quando som-  
no dulcis contemplationis tui quie-  
scit, non solum vis, sed etiam mandas  
& coniuras filias Hierusalem, ne eam  
excitent, nisi quando ipsa velit. Tu in-  
fias optimi Patris, qui permittit quie-  
scere filios suos, somno te ipse defrau-  
das, nocte surgens vt eorum necessita-  
tibus prouideas. Non ergo molestē fert  
Dominus, vt importunē ad se confu-  
giamus; nam vt quiuis artifex latatur  
& oblectatur arte sua, sic IESVS Salua-  
tor noster gaudet, & delectatur pro cu-  
randa salute nostra.

Luc. II.

Cant. 2.

R 2 4. DI-



4. DIXERVNT itaq; discipuli. *Magister nō ad te pertinet, quia perimus?* Et rectè dixerūt. si enim ad te, o bone IESU, qui es Pater noster, creator noster, & Saluator noster non pertinet, cogitare & agere de nobis, & nostra salute, ad quē pertinebit? quis curā nostri suscipiet tu scis benè, nos omnib' istis titulis & nominibus à te pendere, totumq; esse nostrū nō esse aliud, quàm diuinariū matris tuarū opus. Quis vnquā opus suum, in periculo sui interitus, despexit, vel curam de eo nullam habuit? Quis Pater vnquam filios suos in calamitate deseruit? Qualis homo est, qui nihil penitus habet vel sanguinem, vel vitā propriā? Si ergo tanto sanguinis & vitæ tuæ pretio nos redemisti, & matris instar tanto dolore parturisti, ad te vnum profectō & nō ad aliū pertinet habere curā nostri, nostraq; salutis, & in omnibus periculis ac necessitatibus succurrere.

5. CAETERVM, o bone Domine, o agne mansuetissime, cur discipulos ad te in tanto discrimine recurrentes tam grauitè reprehendis? & si Apostolus tuus dicit, nobis per fidē patere accessum ad DEVM, & ipse alibi per Prophetam conquereris, quod te relicto, auxiliū implorent ab alijs, cur discipu-

Rom 5.

Jerem. 2.  
& alibi.

Itmi, eò quod in extremo hoc periculo  
 ad te confugerunt, tam asperis verbis  
 excipiuntur? Qua ratione appellas ho-  
 mines modicæ fidei, qui nunquam au-  
 xilium tuum implorassent, nisi firmi-  
 ter credidissent te esse Dominum, qui  
 posset imperare mari & ventis? Sed si  
 benè perpendamus; habuerunt quidè  
 discipuli verè fidem, sed valde exiguam  
 & imperfectam. Dormiebat quidem  
 IESVS Dominus maris in ipso mari,  
 sed magis dormiebat in cordibus eorū,  
 dubitantium, videlicet, ex inani metu,  
 ne dormiente Domino submergeren-  
 tur; cum causam metuendę mortis nul-  
 lam habere possent, qui secum habebāt  
 vitæ auctorem. Vide quàm modica fu-  
 erit eorum fides, credebant Dominum  
 vigilantem se saluare posse, dormientē  
 verò posse ambigebant, quasi dormiēs  
 ignoraret, quid in mari tunc ageretur,  
 vel certè diuinitatis virtus fuerit tunc  
 somno quasi cohibita & oppressa.  
 Quare meritò à Christo reprehēsi sunt,  
 vt homines pusillæ fidei & æquò timi-  
 diores.

6. EXVRGENS Christus impe-  
 rauit mari & ventis, & subitò omnis  
 tempestas cessauit. Vbi considera pri-  
 mò magnam eius bonitatem, nam etsi

R 3 disci-

discipuli ob modicam fidem magis de  
 qui essent reprehensione quam au-  
 lio: tamen humana fragilitati condo-  
 Ius, non solum eos exemit omni pe-  
 riculo, sed etiam subito ita tranquille  
 uit mare, vt non solum omnes fuerint  
 admirati, sed etiam plurimum confor-  
 lati. Considera deinde admirabilem tu-  
 ius vniuersalis Domini potentiam,  
 qui omnem hanc mundi machinam  
 ita effixit, vt omnes res etiam sensus  
 & rationis expertes ad nutum, suæ di-  
 vini voluntati obsequantur. Heu infel-  
 licitate solius creaturæ rationalis, quæ  
 abusa libertate sua à Deo concessa, et  
 frenatasq; animi perturbationes secu-  
 ta, minimè verita est obedientiam ne-  
 gare suo Creatori. At nos, quomodo,  
 cum videmus nos in obedientia supe-  
 rari à mari, ventis, alijsque creaturis vi-  
 sentiendi & intelligendi destitutis, nõ  
 confundimur, & non sanguineis la-  
 chrymis stuporem nostrum & infelici-  
 citatem deploramus? O quam merito  
 Jerem. 10. Deus queritur per Prophetam. *Audi*  
*popule stulte, qui non habes cor, qui habentes*  
*oculos, non videtis, & habentes aures non au-*  
*ditis. Me ergo non timebitis, & à facie mea*  
*non dolebitis, qui posui arenam terminum ma-*  
*ri. preceptum sempiternum quod non prater-*  
*ibit*

ita? populo autem huic factum est cor incre-  
dulum & exasperans. Erubescere ergo fra-  
ter, si enim creatura tam turbulenta &  
furiosa, nempe mare, quod fluctibus  
suis in altum elatis, fremitu suo cōre-  
mescit totam terram, ubi terminum à  
Deo ei definitum attigerit mox demit-  
tit se & humiliat, atq; inter pauculas se  
cōstringit arenas: quid est, quod rupul-  
uis & cinis reformides te humiliare &  
submittere Deo Creatori tuo?

§. CONSIDERA nunc anima  
mea, quantum Dominus te dilexerit.  
Cum enim ageret in illo foelicissimo  
suar diuinitatis domicilio, quo, vt lo-  
quitur Propheta, appropinquare flagel-  
la, nec vlla alia mala possūt, voluit tua  
causa descendere, & formā hominis as-  
sumere, & conscendendo nauim crucis  
tantā pati tēpestatem, vt afflictionū, pas-  
sionumq; suarū aqua vsq; ad sanctissi-  
mā animā penetrarent; idq; ad liberan-  
dū te, ne immergereris & absorbereris  
aquis tuorū peccatorū; atq; etiam vt te  
transferret in nauiculā suae Ecclesiae, ex  
tra quā nō est salus, nauē securissimam,  
qua omnes qui ea inuehuntur, intume-  
scente licet mari, & furentibus ventis,  
totoque mundo tempestatibus obruto,  
possunt incolumes ad portū peruenire.

R 4 modo

*Psal. 68.*

modo ipsi suis partibus non desint. O  
 anima mea quando vnquam merulli,  
 aut vnde tibi tanta scelicitas, vt sis in  
 eorum numero, qui hac beata naui cō-  
 tinentur; cum tamen sint innumerabi-  
 les alij, qui varijs errorum, & impietati  
 nauibus vtantur, & in transuersum acti  
 submergantur & intereant. Benedic  
 anima mea Domino pro tanto benefi-  
 cio, & omnia quæ intra me sunt, conti-  
 nēter laudes dicāt, nomini sancto eius.

*Psal. 102.*

COLLOQVIUM.

**R**OGABIS Christum Dominum,  
 vt sicut ipse voluit dormire in illa  
 nauicula, ita largiatur tibi gratiam, vt  
 cor tuum indormiat omnibus rebus  
 huius mundi, & solum aduigilet ipsi:  
 vt possis etiam dicere. *Ego dormio, & cor  
 meum vigilat.* Et sicut imperio suo seda-  
 uit ventos, & maris tempestates, sic ve-  
 lit sedare prauarum suggestionum &  
 passionum motus, atque ita tumorem  
 indomitarum cupiditatum cordis tui  
 mitigare, vt omnia interiora tua sint se-  
 rena & tranquilla.

DOCUMENTA.

1. **D**ISCIPVLI Christum in nauiculam  
 ingredientē secuti sunt, ceteris in ter-  
 rare relicto. Illi veri sunt Christi discipuli, qui

non

non solum eum comitantur in terra, id est rebus prosperè adhuc fluentibus, sed etiam cum ingrediuntur mare, id est tribulationes & adversitates huius vite.

2. Per Apostolos, tempestate maris iactatos & afflictos, significatur, neminem Christianorum posse hanc vitam sine afflictione aliqua transigere. Tentationes enim sunt quedam fidei nostre exercitia & probationes.

3. CHRISTVS dormiebat in naucula. Caveamus, ne Dominus nobis hodie, si non corporaliter sibi, saltem nobis dormiat spiritualiter: quod fit, quando nos ab orationis, honorumque operum studio abstinemus, & in desiderio proficiendi tepescimus. Quo casu, merito nobis timere debemus, crebrisque & deuotis precibus efficere, ut euigilemus, ut immunes à salutis nostre periculo, quod impendet, simus.

4. Discipuli Christi affligebantur vehementia ventorum, maris motu, & impetu fluctuum, quibus naucula pene obruebatur: sic qui incipiunt seruire Deo triplici fere genere tentationum sigillatim concutiuntur. Primò insultu demonis, qui designatur per ventos. Secundo persecutionibus mundi, que significantur motu maris. Tertio tentationibus carnis, que denotantur per impetum fluctuum nauculæ intrantium, à quibus omnibus anima iustis, quando proprijs viribus resistere non potest.

test, si mente deuota imploret opem Domini, defenditur & propugnatur.

5. Apostoli existentes in periculo subuersionis recurrerunt ad Christum, & liberi sunt. Quando quis aliqua tentatione commissa cum periculo salutis pulsatur, si negligens sit, & per orationem, ac Sacramentorum usum non confugiat ad Christum, quid mirum si vincatur, & in peccatum lapsus animam suam perdat?

6. Quod Dominus voluerit excitari, & a discipulis rogari, ut ipsos periculo liberaret, eo ipso significauit, se velle a nobis in necessitatibus nostris orari: unde sepe permittit nos incidere in tentationes & aduersitates, ut per orationes ad eum per fugium nostrum habeamus, & ita ab illis liberemur.

7. Dominus arguit discipulos ob modicam eorum fidem: ut discamus timoris nostri causam non esse tentationes, sed modicam fidem quam habemus. Quare, qui in huius mundi afflictionibus murmurant, trepidant, & impatienter eas sustinent, declarant se esse modice fidei. Scriptum enim est, Fidem nostram esse victoriam, qua vincimus mundum, id est, pericula mundi.

8. Nauicula, in qua erant discipuli, designat penitentiam, qua homo deducitur ad salutis portum. In hanc nauiculam ingreditur Christus, quando homo salutis suae studiosus incipit

ut commutare vitam, & de peccatis agere penitentiam. Christus autem dormit in illa, quando subinde permittit nos, subtracto auxilio, incidere in tentationes; unde ordinariè, qui incipiunt servire Deo, gravius à demone oppugnantur; sed non debent animum despondere, quia Christus est cum illis, atque ideo debent refugere ad ipsum, ut fecerunt discipuli, & tanta instantia illum implorare, donec misericordiam ab eo impetrarint.

9. Est quoque per hanc nauiculam significata quævis anima fidelis, in quam versantem in tempestuoso huius corporis corruptibilis mari, & tot perturbationibus & tentationibus subiectam, tunc ingreditur Christus una cum suis discipulis, quando eam inhabitat per suam gratiã, virtutes & dona Spiritus sancti. Sed aliquando Dominus dormit, permittens ad maiorem eius profectum, ut varijs tentationum ventis, & passionum propriarum tempestatibus agitetur: sed gemitibus, & flebilibus vocibus animæ excitatus, mox succurrit in afflictione, depulsioneque tentationum solatur, vel certè vires addit, & patientiam, ut uberiore fructu eius tolerare possit.

DE

